

vinor. Institut. quod habet ; Sa-
pientiam sibi adimunt, qui sine ullo
judicio inventa Majorum probant,
Et ab aliis pecudum more ducun-
tur, sed hoc eos fallit ; quod Majo-
rum nomine posito, non putant fie-
ri posse, ut aut ipsi plus sapiant,
quia Minores vocantur ; aut illi
desipuerint, quia Majores nominan-
tur. Quicquid sit; Maximum mi-
hi erit, & invictissimum in veritate
præsidium ; Quamvis enim mille
Demosthenes ac Chryssippi, toti-
demque Aristoteles omnes Eloquen-
tia ac Argumentorum vires confer-
rent, ne minimum quidem experi-
mentum, ita labefactare poterunt ac
evertere, ut quod verum erat, falsum
evadat.

Quare Vale Lector, & post-
quam legeris judica. Quod si vera
tibi dixisse visus fuero, in eandem
me-